



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XLVI. Herzogin Agnes von Braunschweig überläßt dem Kloster Arndsee
das Eigenthum von Leppin, am 6. Juni 1322.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

poteram, Jure hereditario libere in perpetuum possidendas. Vt predicta vendicio per me legitime facta tam a me quam a meis, qui pro tempore fuerint, successoribus inuiolabiliter obseruetur, Ergo quoque in huius facti euidenciam et memoriam perhennem presens scriptum sigilli mei appensione duxi roborandum. Testes huius contractus sunt Dominus Albertus de Brezeke, prepositus in Creuese, Dominus Gherardus, plebanus in Gladegowe, presbiteri, Henninghus et arnoldus fratres de Rossowe, henninghus et henricus fratres de Jeditze, Nicholaus de Gore, Buffo de Gore, fredericus de molendorpe, famuli, et alii quam plures fidedigni. Nos vero quidam ex testibus supra nominatis ad maiorem certitudinem premissorum et euidens testimonium Sigilla nostra presentibus duximus litteris apponenda. Datum et actum anno domini M^o. CCC^o. XXII^o., In dominica Letare qua cantatur.

XLVI. Herzogin Agnes von Braunschweig überläßt dem Kloster Arendsee das Eigenthum von Leppin, am 6. Juni 1322.

In nomine domini Amen. Dei gracia Agnes, ducissa Brunfwicccensis, vniuersis Cristi-fidelibus presentem paginam inspecturis Salutem et de bono in melius proficisci. Hominum Actiones propter temporis varietatem solent in obliuionem redigi et ex consequenti in errorem, qui est obliuionis mater. Ideirco necessarium est circa easdem et maxime circa tales Actiones, que diuinum cultum conspiciunt, litterarum perhenne testimonium, cum non possint alias perhennari. Quapropter nos Agnes predicta in noticiam presencium et futurorum hominum deducere cupimus per presentes, quod propter deum principaliter Ac in salutare Remedium Animarum nostre ac nostrorum progenitorum dominorum marchionum quondam Brandenburgerisum clare memorie, necnon Ad deuotam Instanciam Jordani de Camp, fidelis nostri Aduocati, dedimus et presentibus litteris sollempniter donamus proprietatem veram et plenam super villam leppin Atque omnium pertinencium Ad eandem monasterio sanctimonialium in Arneffe Ac ipsis Sanctimonialibus presentibus et futuris perpetuo et pacifice cum omnibus suis metis et distinctionibus Agrorum, lignorum, pascuorum ceterorumque, de quibus specialis foret facienda mencio, possidendam, Renunciantes sollempniter dicte proprietati, quoad nos et nostros quolibet successores, et ne de hoc facto apud posteros dubium vel contencio oriatur, Hanc litteram de consensu expresso domini et ducis Brunfwicccensis, conthoralis nostri karissimi, dari iussimus, nostri Sigilli Robore sigillatam. In presencia Testium videlicet Ludolfi de hollege et Bertoldi de veltem militum, necnon hermanni de Luchowe, nostri Notarii, ad hoc specialiter vocatorum. Datum Thangermund, per manum hermanni eiusdem. Anno domini M^o. CCC^o. XXII^o., dominica trinitatis.